



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 192. Suam abjurationem revocat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ter, quod hoc officio non tam strenue  
perfunctus fuisset, additque, se solum-  
modo terrore supplicii ignis adactum,  
condemnationi doctrinæ Wiclefi, ac Jo-  
annis Husli, contra conscientiam suam,  
ac summa ignavia consensisse, nunc ve-  
ro suam imbecillitatem graviter abomi-  
nari.

Sæcul. XV.  
A.C. 1416.

## §. CXII.

*Suam abjurationem revocat.*

Tandem testatus est, se suam revoca-  
*Ibid. p. 761.*  
tionem tanquam atrocissimum, quod  
unquam commisisset, scelus detestari,  
ac cum Wiclefi & Joannis Husli doctri-  
na non minus sana ac pura foret, quam  
horum vita sancta, omnisque culpæ  
exors fuerit, se ideo illi usque ad ulti-  
mum vitæ halitum inhæsurum. Ex o-  
mnibus Wiclefi opinionibus, quas ado-  
ptavit, eas tamen, quas hæresiarcha iste  
de Sacramento Altaris docuit, se pro-  
bare negavit. Facta hac revocatione,  
ad quam ab Huslitis suam ipsi inconstanti-  
am exprobrantibus compellebatur, ad car-  
ceres reductus est, ubi etiam hæsit usque  
ad proximam sessionem rigesima die ejus-  
dem Mensis Maij biduo post festum A-  
scensionis celebratam, nam a die vige-  
sima prima Novembris anni præteriti  
nulla amplius habita est Sessio publica.

P 2      §. CXIII.